sua domina, administratrix, et usufructuaria quamdiu vixerit, et viduata in ipsa domo vitam servaverit, et dotes cum legato eius supradicto non petierit; quod si alteram elegerit vitam; voluit solum ipsam suas habere dotes, morgingratia, et dismontaduras cum legato supradicto. Item dominas Dominas Bartholomeam, et Culussam eius filias sibi heredes instituit pro singula earum in quinquaginta marchis denariorum Aquileiensium nomine earum dotium, et tribus paribus vestium videlicet velluti, sindone, et varo cum omnibus paramentis nuptialibus, et condecentibus cum maritarentur.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, et immobilibus, iuribus et actionibus, tam presentibus, quam futuris Bertoldum eius filium sibi universalem heredem instituit. Ceterum si contingerit ipsum Bertoldum in pupillari ętate premori voluit, et sibi universales heredes instituit in omnibus suis bonis, iuribus, et actionibus supradictas Bartholomeam, et Culussam eius filias ęqualibus portionibus. Defensores autem, et procuratores dicti Bertoldi, eiusque bonorum, ac executores huius testamenti disposuit esse Nobiles Dominum Federicum militem de Savorgnano, Dominum Simonem militem, ac Dominum Franciscum, et D. Franciscum de Colloredo, et D. Candidum de Regonea, D. Rizardum de Valuasono, D. Federicum, et D. Franciscum fratres de Por, ac consilium terrae Utini, et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle, et suum ultimum testamentum, quam et quod valere voluit iure testamenti, et si iure testamenti valere non potest; voluit valere iure codicillorum, et cuiuslibet alterius ultimae voluntatis quo melius valere potest.

Sig.m nod.

Ego Baldassar q. D. Joannis de Glemona Imp.li auct.te not. his omnibus interfui, et rogatus hanc cartam fideliter scripsi.

Premissa omnia ex alio authentico per alium mihi fideli prout inveni ego Antonius de Rinaldis not. pub. terrae S.ti Danielis fideliter de verbo ad verbum nil addendo vel minuendo et me cum solito signo subscripsi. In quorum fidem

Nos Georgius Contareno pro Ser.mo Duc. Dom. Ven. Locumtenens [illegible] fidem facimus suprascriptum D. Ant.m de Rinaldis fuisse dum viveret Not.m suplicatum bene [illegible] cui [illegible]

Utini die 19 January 1676

Nicolaus Lepore ass.or Cancellariae
ma.

Coram nobis Mag.co et Gn.oso viro d.no Franc.o Barbadico p. milite ducali Domino venetiaz p.ro Forjulij Locumtenente dig.mo Comparet vir Nobilis d. Damianus de Perso successor, et heres cum beneficio inven-
1442. tarij olim d. Odorici de Pers in questione sibi mota p. d.nam Magdalena ux. d. Nicolai de maniaco occone partis Castri de Pers, et bonoz feudalium existentium in villa de Pers, et villa S. Helisei, quo olim possidebat Nob. vir d. Odoricus p.fatus = put in processibus contine = et facit, et exhibet positiones infras, quibus, et eaz cuilibet petit partem adversa compelli ad respondendu, negatas vero intendit habere p. articulis, quos probare intendit p. testes, et alia sua iura, non astringens se ad superfluam probationem, Salvo iure addendi, et detrahendi.

1. Et primo quod olim vir Nobilis d. Petrus dictus d. Pidrussius de Perso tenuit, et cognovit iure pheudi ecclie Aql. et pacifice, ac quiete possedit donec vixit Castrum de Pers cum suis iuribus, et ptinentijs, ac bonis in villa de pers, et villa S. Hel..., et pro Domino, et proprietario p.tis iure pheudi fuit habitus, tentus, et reputatus p.

2. Item quod p.fatus d. Petrus decessit relictis post se duobus eius filijs legitimis, et naturalibus vz. d. Detalmo, et d. Valterpertoldo, qui pro eius filijs habiti, tenti, et reputati fuerunt.

3. Item quod ex dicto d. Detalmo natus fuit d. Franc.s eius filius legitimus, et naturalis, qui pro tali habitus, tentus, et reputatus fuit.

4. Itm quod p.tus d. Franciscus decessit relicto post se p.to d. Odorico eius filio legitimo, et naturali, qui p. eius filio legitimo, et naturali habitus, tentus, et reputatus fuit.

5. Item quod p.tus d. Valterpertoldus decessit relicto post se unico eius filio legitimo, et naturali vz. d. Bernardino, et ita habitus, tentus, et reputatus fuit p. filio.

6. Item quod dictus d. Bernardus decessit relicto post se unico eius filio legitimo, et naturali vz. d. Pertoldo.

7. Item quod dictus d. Pertoldus decessit relicto post se p.to d. Damiano eius filio legitimo, et naturali.

8. Item quod post mortem p.ti d. Petri als dicti d. Pidrussij p.ti eius descendentes vz. d. Detalmus, et d. Valterpertoldus, d. Franciscus, d. Bernardus, d. Odoricus successivis temporibus p. partibus unicuiq. tangentibus tenuerunt, et possederunt, ac recognoverunt iure pheudi ecclie Aquilegien. dictum Castrum cum eius iuribus, et pertinentijs, ac bonis stabilibus sitis in villa d. Pers, et villa Sancti Helisei, et hoc iure pheudi

-35

antiqui, et paterni.

9. Item quod dicta pars Castri de Pers cum bonis possessis per dictum D. Odoricum iure pheudi in villis supradictis successorio iure, et tamquam pheudo antiquo spectant et pertinent ad praefatum D. Damianum tamquam agnatum proximiorem, et ex eodem stirpe descendentem cum dicto D. Odorico.

10. Item quod dictus D. Odoricus decessit nullis relictis filijs, aut proximioribus agnatis dicto D. Damiano.

11. Item quod dictus D. Odoricus decessit condito testamento, in quo ipsum D. Damianum suum haeredem universalem instituit, qui pro eius haerede se gessit, et gessit.

12. Item quod de omnibus, et singulis supradictis est publica vox, et fama.

Praemissas positiones ex processu veteri formato inter Nob. D. Damianum de Perso, et Nob. D. Magdalenam uxorem in primis votis Nob. D. Nicolai de Valvasone, et in secundis Nob. D. Nicolai de Maniaco de anno 1442. manu ser Joannis Not. de Socania prout inveni ego Ant. de Rinaldis de S. Daniele Aqu. dioc. per alium mihi fidum fideliter exemplavi, factaque debita auscultatione cum originali concordare inveni, in quorum fidem me cum solito signo subscripsi.

Gastaldio, Iurati, et Consiliarii Terrae S. Danielis

Fidem indubiam facimus, et attestamur, qualiter q. exc. D. Ant. Rinaldis, qui supradictas positiones descripsit erat publicus Notarius, Legalis, boni nominis, et famae, cuius publicis scripturis hic, et ubique plena adhibetur fides, prout in iudicio, et extra adhibenda, in quorum.

Dat. in Terra S. Danielis die 22. mensis septembris 1625

ego Petrus Nardutius Not. et eiusdem Terrae S. canc. scripsi, et sig.

[illegible]

ma

1339. 18. Febr.

Anno Domini Millesimo Tricentesimo Trigesimo nono, Indictione septima die 18. intrante febr.° presentibus Nob. viro Dno Wecigllo q. D. Musati de Cauoriaco Federico not.° q. magri Saluani not.° de Vtino, et Artico q. Jacumuti de Vtino testibus, et alijs. Nob. vir Dnus Walterpertoldus q. D. Pedrussij de Pers omni modo, via, iure, et forma, quibus melius potuit fecit constituit et creauit, et ordinauit Nob. virum D. Dietalmu presbem suu filium dicti q. Dni Pedrussij ibidem presentem, volente, et consentiente, et hoc mandatum sponte suscipiendo suu verum, et legitimum procuratorem, et nuncium specialem, et quidquid melius, et amplius esse potest in omnibus suis litibus, causis, et questionibus, seu controuersijs, quas habet, vel habiturus est, seu habere sperat cum quibuscunq. personis, et quacunq. ratione, vel causa, et specialiter in causa, quam sibi mouet, seu mouere intendit Dna Ondrutta q. D. Francisci de Budrio occone dotis, Morgingabij, et descensyranum et aliorum iurium q. D. Beatricis matris dicte D. Ondrutte, et vxoris q. d. Dni Pedrussij, vel aliqua occasione quacunq., vel causa tam in agendo, quam in defendendo, et nomine, et occasione dampnorum, et expensarum fiendarum in dicta questione coram R.mo in Xto Patre, et Dno D. Bertrando Dei, et Aplica gratia S. sedis Aquil. Patria, vel eius vic.° seu vicarijs, et coram alio quocunq. iudice ecclesiastico, et ciuili ord.° delegato, vel subdelegato, dato, vel dando Ad agendum, defendendum, proponendum, respondendum, libellum vel libellos dandum, offerendum, et recipiendum, litem contestandum, securitates prestandum, testes, et instra producendum, et alterius partis iurare videndum, sententiam, et sententias audiendum interlocutorias, declinatorias, et diffinitiuas, appellandum, causas prosequendum, in animam eius iuramentum de calumnia, et cuiuslibet alterius generis iuramentum prestandum in omnibus, et singulis suprad.tis et ab eis dependentibus occone predicta vel causa quacunq., ad paciscendum, Componendum, transigendum, compromittendum, laudandum, et arbitrium ferri videndum, et ad petendum reduci ad arbitrium boni viri, protestandum, et protestationes tam orebenus, quam in scriptis faciendum, et instra per quemlibet predictis necessaria contrahendum cum omnibus promissionibus, exceptionibus, obligationibus, et clausulis quibuscunq. opportunis, et necessarijs de iure, et consuetudine, et cuiuslibet alterius generis contractus faciendum, et ad obligandum se nomine ipsius in quocunq. contractu supra predictis vnum, vel plures procuratores loco eius substituendum et eos reuocandum, prout ei melius videbitur expedire, et in se ipsum officium resumendum permanente tamen procur.° in suo robore. Et generaliter ad

36

omnia alia, et singula in p.tis tractanda, faciendo, et procuranda, que in pre-
missis et c.a comissa, vel aliqd premissor fuerint opportuna, et necessaria,
et sibi utilia videbuntur, et quo merita causarum exigunt, et requirunt, et que
quilibet verus, et leg.mus procur. facere potest, et que ipse met facere
posset, si personalr interesset. Promittens q. d.tus dictus constituens solemni
stipulatione mihi not. subscto tanq. pub.ca persona recip.te, nomine, et vice
omnium, quor interest, vel interesse poterit se ratum, et firmum habere,
tenere, et gratum ac d.tum suum procuratore, vel substitutum, seu substitutos
ab eo, vel ab eis factum fuerit, et tractatum in p.tis omnibus, et singulis
p.tis tam in perdendo, q. in lucrando, Relevans eum, et quemlibet sub-
stitutum seu substitutos ab eo, vel ab eis ab omni onere satisdationis
de judicato solvendo, et jud.o sisti in omnibus suis clausulis sub hypo-
theca, et oblig.ne omnium suor bonor. Actum in logia cois Utini.

A et retrobandum

Sig.m not. Et Ego Simon filius Ioannis notarij de Utino Imperiali auctoritate not. predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

Predicta omnia ex alio autentico prout inveni ego Antonius Rinaldis q. Ioannis de s.to Daniele pub.a et Imperiali auct. not. aliena mihi tamen fida manu exscribi feci. nil addens vel minuens quod sensum mutet variet ve Intellectum, signo nominisq meis solitis appositis in quorum fidem.

Nos Georgius Contarenus pro Ser.mo Duc. Dom. Venetiarum Locumtenens Patrie Fori Julij Et.ca, attestamur sp. D. Antonium de Rinaldis fuisse dum esset in humanis notarium publicum ac ipsius fide ac scripturis semper adhibitam fuisse fidem. Et in quorum fidem.

Utini die 19 January 1636

Nicolaus Sepracus Attestand.e
Secretarius

1501.
ultra Januarii

Haec est quaedam sententia corporalis, et partim pecuniaria, sive sententia condemnationis partim corporalis, et partim pecuniariae lata data [illegible] scripti promulgata per Mag. Dominum Antonium de Perso habentem iurisdictionem in d.to Castro, et eius iurisdictione, et districtu, Contra et adversus Leonardum dictum Cocul filium zeu d. S. Heliseo per excessibus commissis, et vulneribus illatis dominico bertoni de Perso officiali [illegible] d. Antonii.

Nos Antonius q. Mag. D. Damiani de Perso dominus dicti Castri et iurisdictionis cum mero, et mixto imperio, Intendentes procedere contra Coculum d. S. Heliseo filium zeu ad querelam contra eum factam per dominicum q. Bertoni de Perso officialem, seu praeconem nostrum pro certis vulneribus per ipsum coculum illatis ipsi dominico off.li nostro ut in processu suo [illegible] formato, Visa querela d.ti dominici bertoni officialis nostri, Visa citatione per nos facta contra ipsum Coculum ad respondendum quaerelae p.tae et monitione facta, Visis, et mature consideratis dictis, et attestationibus testium examinatorum de nostra commissione contradictum Coculum, Visa et citatione, et monitione ultimo loco facta contra ipsum Coculum ad audiendum sententiam vel dicendum causam quare, et iterum ad ponendum de iuribus suis et Consideratis diligenter, et mature omnibus contentis in processu attenta contumacia ipsius Coculi in termino citationum praedictarum non curantis comparere per se, vel alium, et omnino non respondentis, nec se excusantis, aut aliter se defendentis, per quae omnia clare nobis constat ipsum coculum fuisse delinquentem, et intulisse infrascripta vulnera p.to dominico bertoni officiali nostro tempore, et modis infrascriptis vz. Quod dum (p.tus dominicus q. bertoni de perso die 26. mensis augusti 1500. circa horam 23. [illegible] commissione et man.to nostro iuisset ad domum Helisei de S. Heliseo patris [illegible] Coculi ad pignorandum ipsum Heliseum pro duabus condemnationibus damnorum datorum non reperto ipso Heliseo in domo requisivit nicolaum eius filium, qui vellet sibi tamquam officiali ipsius D. Antonii consignare pignus pro ipsis condemnationibus p.tus nicolaus respondit nolle consignare pignus, nisi sibi probaret damnum datum, et dum ipse dominicus officialis posuisset manum super certo [illegible] loco pignoris, et vellet inde discedere, Leonardus d.tus

37

Cocul suprad[ictu]s iuit contra ipsu[m] dominicu[m] off[icia]lem cu[m] una pistoiesa dicens, quod ipse d[omi]nicus volebat eum destruere, et demenauit contra eu[m], et percussit eum cum ipsa pistoiesa p[raedic]ta[m] d[omi]nicum sup[er] brachio sinistro uno vulnere de taleo, et deinde et demenauit et percussit eu[m] alio vulnere sup[er] humero, seu spalla dextera à parte posteriori, et demu[m] litigantibus ipsis duobus ad inuice[m] p[raedic]tus Coculus percussit et vulneravit eu[n]de[m] d[omi]nicum duobus vulneribus in capite et de taleo v[idelicet] uno in occipito, et alio vulnere à parte posteriori capitis cum magna effusione sanguinis in maximu[m] damnu[m], et p[raeiudiciu]m ipsius d[omi]nici officialis n[ost]ri, Committendo p[raedic]ta omnia, et singula contra iustitia[m], et bonos mores, et in spretu[m] ac vilipendiu[m] n[ost]ri, et iurisdictionis, ac regiminis n[ost]ri, Volentes[que] prou[t] de, ut tenemur, petentibus iustitia[m] ministrare, et pravoru[m] ho[m]i[n]u[m] ausibus obuiare, ut ipse Coculus de p[rae]missis in futuru[m] nequeat gloriari, sed ut eius pena alijs transeat in exemplu[m], et audacia[m] amouere huiusmodi delicta committendi, declinantes potius ad misericordia[m], q[uam] ad iuris rigore[m] prefatu[m]

Leonardum Cocul alias p[er] nos bannitu[m] a toto districtu, et iurisdictione n[ost]ra p[ro] certis furtis et delictis p[er] sententia[m] ad inquirendu[m] Condemnamus, et condemnatu[m] indicamus, quod si aliquo tempore venerit in foreijs n[ost]ri regiminis, quod sibi amputetur manus sua dextera, ita quod à brachio suo separetur, et vlterius quod teneatur ad omnia, et singula damna, expensas, et interesse p[raedic]ti dominici officialis n[ost]ri, nec no[n] ad omnes expensas medicoru[m], et medicinaru[m], et scripturaru[m] sup[er] p[raedic]tis factaru[m], quaru[m] omniu[m] taxatione[m] nobis in posteru[m] reseruamus, seu cui de iure competit, et ita ut s[upr]a dicimus, sententiamus, indicamus, et condemnamus, et reseruamus omni meliori modo, via, iure, et forma, q[ui]bus melius possumus, et debemus ad Laudem Dei.

Lata, data, et in his scriptis promulgata fuit d[ict]a sententia p[er] antedictu[m] D. Antoniu[m] de Perso, lecta vero et publicata p[er] me Franc[iscu]m pitthianu[m] not[ariu]m de S[anc]to Daniele de commissione p[raedic]ti D. Antonij sup[er] plathea castri Persij die sabbati penult[im]o Janu[arij] 1501 - inditione quarta, ibide[m] p[raese]ntibus blasio genero andreae

andreae

andrea filio Culussi, et paulo eius affine, ac antonio q. bertonio omnibus de Perso, et magistro leonardo bisach de risis, et aliis pluribus testibus ad haec habitis, et rogatis.

Octavianus q. exc. d. pythiani de pythianis filius, Civis sancti danielis publicus imperiali auctoritate notarius, praemissum suminam et alios suprascriptos ut inveni in notis olim d. francisci q. d. gabrielis de pythianis not. de s. dan. per alienam manum sibi fidam transcribere feci, et concordant cum originali cum nomine solito, ac signo manu propria me in fidem subscripsi.

Laus deo et b. v. M.

Nos Hieron. venerio pro serenissimo d. n. d. venet. potestas ... generalis, fidem indubiam facimus, et attestamur suprascriptum d. octavianum pythianum esse notarium publicum ... sancti danielis, cuius publicis scripturis hic et ... fides adhibetur, ut ubique locorum est adhibenda, in quorum fidem ...

Utini 19 Junii 1581

... coadiutor cancellarius

1501.
Sententia criminalis DD. Persi contra
Coculis ad Ingrendis.

In Christi Nomine Amen.

Millesimo, quingentesimo, vigesimo octavo, Inditione prima, die vero,
1528. Lune Nona mensis Martij: Actum In Castro Cersi In
Mar. Camera Cubiculari, Infrascripti domini Hieronimi. q. Nobilis domini
Antonij de Cerso: Cum sit quod de mense ... Curre
decurso, Nob. dominus Hyeronimus esset ad terram Sulmone
de die vero fuisse non Recordatur: et domus sive Hospes
In dicta terra Sulmone, venit Cum querella, Exponit,
qualiter quidam mercator Lamentabat quod Eidem Ex
quadam sua balla, furto ampti fuerunt Certi Coloni,
quam ballam Conduxerat, quidam Bernardus. q. Nicolaj
Bartholomei de sancto Heliseo, subditus dicti domini Hyeronimi
et fratrum, et magna Cum Instantia Rogabat, ut providit
per dictum D. Hyeronimum et Indagare veritatem: Qua re
supradictus dominus Hier., magna Cum displicentia Intellexit
supradicta: volens quod et tenetur Indagare veritatem, Cum
Reversus fuit In Castro Cersij vocari fecit, franciscum. q.
Helisej de sancto Heliseo, et Bebrandi. q. Andrea Leonardi
Juratos dicte ville de Cerso, et per eum Conduxit, ad
domum dicti Bernardi, et perquirendi dictus dominus Hyeronimus
Cum dictis Juratis Invenit duos Colonos sub lectos dicti
Bernardi, et tamen non Invenit dictum Bernardum quia non erat
domi: quo viso dictus dominus Hyeronimus, volens procedere
Contra dictum Bernardum, deliberavit Ipsum detineri facere.

Post Acta Retentionis Bernardi predicti,
Examinationum plurium testium, ac
Constitutum Ipsius Bernardi; sequitur
Sententia Infrascripti tenoris, dimissis
pluribus verbis, quoniam pagina super
qua fuit Extensa Ipsa Sententia, fuit Corosa
et Consumpta a muribus ut ut videtur, et
videri potest, adeo quod non potest Edici nisi
ut Infra:

In Christi Nomine Amen: Hec est, quedam Sententia, et

Condemnatio Corporalis, Lata, data, et In his scriptis Sententialiter
Pronunciata, et Promulgata, Per spectabilem Dominum Hyeronimum de
Perso, Commissionem Habentem, a spectabilibus suis fratribus, D. Bernardino
et D. Franc.° eius Dominis, et Iurisdictionem Habentibus In
Castro Persi, et Eius districtu; Contra, et adversus Bernardum
q. Nicolai Bartholomei de sancto Nilusco Pro Infrascriptis furtis
Per Eum Commissis, et Perpetratis Prout Inferius Continetur.

Hos Hyeronimus, Bernardinus, et Franciscus fratres Habentes
omnimodam Iurisdictionem, In Castro Persi, et Eius districtu
sedentes In Lobia sive Platea dicti Castri Persii, loco consueto
ubi similes Condemnationes, legi, et Proferri solent, In his
scriptis, dicimus, Proferimus, Pronunciamus et promulgamus,
Contra, et adversus, Bernardum q. Nicolai Bartholomei de
sancto Nilusco, Publicum furem, Pro Infrascriptis furtis Per Eum
Perpetratis, et Commissis, Per Haec verba etc.

Bernardum q. Nicolai Bartholomei de sancto Nilusco, Contra quem fuit,
et est processum Per Nos, et Iurisdictionem Nostram Per modum
Inquisitionis, In Eo de Eo, et super Eo, quod ad aures nostras,
et Notitiam Nostram, fama publica precedente, et Clamosa
Insinuatione Referente, quae non a malivolis, neque suspectis, sed
Potius ab Veracibus, et fide dignis Personis Processit, et
maxime Ex Confessione Ipsius Bernardi, Coram nobis sponte
facta, est Inferius Continetur etc.

Comittendo supradicta omnia, et singula Contra Deum, et Iustitiam, et
Contra bonos mores, Contra Honorem, predictorum Dominorum
fratrum, et Eorum Iurisdictionem, pro ut de praedictis omnibus,
et singulis Nobis Constat, Per Puram, meram, simplicem Ipsius
Bernardi Confessionem supradictam: Id Circo Nos
Hyeronimus Hominibus, quibus sa., Nolentes talia
furta, et facinora remanere Impunita, Potius ad mi-
sericordiam Inclinati quam ad Rigorositatem Iustitiae, omnibus
melius, modo, via, Iure et forma, quibus de Iure Possumus,
dictum Bernardum tanquam furem Publicum, Bannimus, et
Bannitum esse volumus, a tota Iurisdictione Nostra, Per

diurnum . . . Ita, et taliter quod infra dictum tempus
Annorum decem, dictus Bernardus tenetur . . . Hostri
Regiminis, quod tunc, et eo casu dictus subiget circa dictum
Persij et . . . . . Incipit tempus sui hominis reg
et casu quo infra . . . . Infra dictum
tempus dictorum . . . . .
. . . Mandat et manus sinistra .
. . . . Sto Quirino .
. . . .

. . . . . Promulgata fuit supradicta sententia . .
. . . . Item die 28
Praesentibus . . . .
Comelo de sto Ulisco, et pluribus alijs dictae villae .
Et lecta per me Joannem gislimum Notarium de Commissione
dicti Domini Hyeronimi :

Ego Bernardus Bragida q. Joannis de sto Daniele, Publicus
Imperiali auctoritate Notarius, supradictam sententiam cum alijs in quodam folio
Commenta, Ex Protocollo Notarij q. domini Joannis gislimi no
stri domini Generis mei Ecclesiae, a Carbo Parreo tempore Circa
rogatus Fideliter ex Integro Exdixi, Nil addito, dimissis
tamen locis suprascriptis . . . , dissentit supra significato
mei quam subscripsi, apposito solito signo, in fidem omnium
praemissorum

Quoniam ob locorum distantiam saepenumero uerti et dubitari ... de
legalitate, et integritate notariorum. Nos Julius Valoninus
Gastaldio, iuratus, et communitas Terrae Sti Danielis eidem
indubiam facimus, et attestamur suprascriptum D. Bernar=
dum esse nosm pub.m et legalem bonae famae, et conditionis
cuius scripturis publicis sic plena adhibetur fides, et
uoique locum merito adhiberi potest. In quorum fidem has
40 fieri nostras iussimus sigillo nostro communitatis.
Ex S. to Dom. die xi men. Junij 1581
Ang. Rinaldis b. c. m.

. 1528 .

16 [illegible] Criminalis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
minatione quod frangens confinem [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] furtis .

1339.

Procura dni valter perholdi
in dnam nicolaum de perso

1442.

Positiones circa descendentiã DD. Peni et eorum castrum.

·1382·

Testametum D. Bernardini q. D. Bertolli de Pors instrumentis hered. D. Bertoldum eius filium.

1303.
procura dni petri q. valter
pertoldi de perso.

.1291.

Donatio Dnor Palam da, et Bilussy frum q. X.
Arqui de Varmo Dnis Federico, et Gualen Per-
toldo fribus eorum unius castri de Pers.

1502.
Remissi cl^mi d. Loc.^ti camo coculi ad
d. Antonio de Terso. 2

8 1414.

Positiones ad probandam Confiscationem Castri pro Fidelitate erga Ill.mum Dominium Venetum — 4.

CC.m

In christi nomine amen; anno Nativitatis millesimo trecentesimo nonagesimo tertio: Ind. prima; Die vigesimo septimo septembris. Actum Utini

1393. 27. septembris

Aquileiensis Diocesis. In castro patriarcali, et salla ante cameram

Investitura concessa a Reverendissimo D. Patriarca Aquileiensi Nobb. DD. consortibus Maniaci.

Aquileiae cubicularem infrascripti D. Patriarche; presentibus nob. gr. hominibus, et prudentibus viris Dnis Herdibono de Prabon mag.ro Curiae eiusdem D. Patriarchae, et Vielmo de Bottoria militibus, m.ro Jacobino Artium, et Medicinae Doctore; Desiderato Lucio cive Veneto, et Joe Notario cive de civitate Austriae testibus, et aliis pluribus; constitutus in presentia R.mi in Christo patris, et domini nostri D. Jois Dei gratia sanctae sedis Aquilejensis dig.mi Patriarche Nob. vir Baldassarus q. D. Galvani de Maniaco, coram D. Patriarcha tamquam maior, et antiquior domus sue pro sui, suisque consortibus, et omnibus de domo sua humiliter supplicavit, ut cum ipse, et dicti de domo sua bona ista a sua Aquilejensi ecclesia, suisque predecessoribus ab antiquo possiderunt, et habuerunt, possidentque ad presens iure feudi eundem de ipsis bonis, et omnibus aliis, que ipse, vel dicti sui consortes haberent in feudum a dicta ecclesia, de quibus non haberet notitiam, de presenti investire benignius, et gratiosius dignaretur. Qui D. Patriarca sperans, quod idem Baldassarus, suique consortes, prout semper fuerunt, sibi, et ecclesiae suae erunt fideles, et propterea ipsius Baldassarj supplicationibus tamquam in hac parte iustis, et rationibus inclinatus eundem Baldassarum coram eo flexis genibus existentem, et pro se, dictisque suis consortibus, et ipsorum heredibus recipientem de bonis infrascriptis, et aliis omnibus, que haberet in feudum ab ecclesia sua, et suis predecessoribus dicto iure feudi, seu eo iure, quo ipse, et progenitores ipsorum a suis predecessoribus tenuerunt, possiderunt, et habuerunt, per fimbriam suae tunicae plenarie investivit, salvo semper iure suo, suaeque Aquilejensis ecclesiae, et alterius cuiuscumque. Quibus sic peractis idem Baldassarus in manibus dicti D. Patriarchae per se, et heredes de domo sua fidelitatis debitae prestitit iuramentum, quod fidelis vassallus quilibet domino suo prestare in talibus consuevit

Bona autem feudalia, per eum in scriptis data, de quibus supra fit mentio, sunt haec videlicet: Castrum Maniaci cum turribus, et palatijs novis, et veteribus, et omnibus casalibus dicti castri, et cum villa, domicilibus, et garrito toto eiusdem villae, et villarum, ac cum omnibus, et singulis bonis, et iuribus spectantibus ad ipsum castrum tam in monte, quam in plano, ac ad totum garritum, et dominium eiusdem castri, ac omnium pertinentiarum ipsius, ubi spectat, et pertinet castro predicto, et villis ipsius castri, asserens se de alijs non habere notitiam.

Signum / Et ego Joannes de Susanis de Utino publicus imperiali auctoritate Notarius, et dicti D. Patriarchae Cancellarius praedictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et fideliter publicavi, meis hic signo, et nomine appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium praemissorum.

Signum Ego Blasius q. D. Jo: Antonij de Spilimbergo publicus apostolica, atque imperiali auctoritate notarius, et Maniaci Cancellarius suprascriptum instrumentum ex alio instrumento manu suprascripti Notarij scripto, et in membranis publicato rogatus de verbo ad verbum nil penitus addito, vel diminuto, quod sensum mutet, aut variet intellectum, fideliter transumpsi, et in hanc publicam formam redegi, signo, nomineque meis appositis consuetis ~~consuetis~~ in fidem omnium praemissorum.

Privilegium suprascriptum ex alio consimili existente penes Ill.mos Mag.cos DD. Heredes q. Perill. D. Pauli de Maniaco in quodam libriculo Privilegium aliena

sibi fida, ac pub.ca manu exerathere fecit, Vinc.s Floris q. D. Jacobi filius Publica Veneta Auctoritate Not.s et Maniaci Canc.s appositas

1403, die 2. Aprilis

Privilegium concessum a R.mo D. Patriarca Aquileiae Nob. D.nis Consortibus Maniaci

In Christi Nomine Amen: Anno eiusdem Millesimo quadrigentesimo, tercio, sexta Indictione, die secunda Aprilis: Actum Utini, Aquileiensis dioecesis, in Castro Patriarchale et sala ante cameram cubicularem infrascripti d.ni Patriarche: Presentibus R.dis in Christo Patribus, et dominis, domino Antonio dei Gracia Episcopo Concordien., et Franceschino eadem Gracia Abbate Rosacensi, Nob. ac egregiis Viris d. Simone Milite de Colloredo, domino Simone de Castello, Federico de Sauorgnano, et Asquino de Varmo inferiori testibus in multitudine copiosa: Constitutus In presentia R.mi In Christo Patris, ac domini d.ni domini Antonii dei Gracia S.te sedis Aquileiensis dignissimi Patriarche Nob. Vir q. Galuanus natus Nob. Viri q. Baldassij de Maniaco, ac per se, ac Vice et nomine Patris, fratrum, et Consortum suorum et omnium de domo sua exceptis heredibus q. q. Nicholai, et Bortolameo q. Odorici de eodem loco, ead.m d.no, cum Instancia humilius supplicauit, ut eum dicti de domo sua, et ipsi à predecessoribus eiusdem d. Patriarche, mag. Aquileiensis Ecclesie habuerunt, tenuerunt, recognouerunt, et possiderunt iure recti, et legalis feudi bona feudalia infrascripta, ipsum Galuanum pro se et quo supra nomine de bonis feudalibus huiusmodi Inuestiura benignius et graciosius dignaretur: Qui Verò D. Patriarcha eiusd.m q. Galuani supplicationibus, eamq. In hac parte Iustis, et racionabilibus Inclinatus eundem q.

Galuanum

Galuanum coram eo flexis genibus existentem et pro se, et uti et nomine predictorum, et suorum heredum reci-pientem de bonis feudalibus antedictis et infrascriptis per fimbriam sue tunice plenarie investivit salvo semper iure suo, suoque Aquilegensis Ecclesie, et alterius cuiuscumque: Quibus sic peractis dictus Galuanus pro se, et dicto nomine In manibus eiusdem Domini Patriarche debitum fidelitatis prestitit Iuramentum, quod fidelis Vassallus quilibet Domino suo prestare consueuit. Bona autem feudalia supradicta sunt hec quod eo ibidem in scriptis dabat quandam cedulam talis tenoris, Ista sunt recta, et legalia feuda: Que ego Baldassarius de Maniaco cognosco ab Ecclesia Aquilegensi Domino Patriarcha Videlicet Castrum Maniaci cum Turribus et Pallatijs novis et Veteribus, et omnibus Casalibus dicti Castri, ac totum Garitum et Dominium eiusdem Castri Maniaci et Villarum spectantium, et pertinentium dicto Castro cum Garitio, et Dominio, tam in Monte, quam in Plano, et si aliqua alia feuda haberent illa recipio sicut ista, et omni tempore quando illa sciam declarabo sicut ista.

Signum
6.

Ego Beltrandus q. Nob. et Prudentis Viri ser Joannis de Susannis de Utino pub.s Imperiali auctoritate Not.s ex comissione mihi facta per Mag.cum et Generosum D. Lucam Rainerio pro Ill.mo Ser.mo Principi, et Invicto Dominio Venetiarum

Premissum Privilegium ex alio consimili existente penes Ill. D.D. Heredes q. ad.m Ill. D. Pauli de Maniaco fideliter pro ut inveni extraxi, Vincentius Floris q. D. Jacobi filius Publicus Veneta auctoritate Not.s, et Maniaci Canc.s signum meum in fidem sub.tum apposui

V ✝ F
N

Cop.ᵃ

Thomas Mocenico Dei gratia Dux Venet. &c. Vniversis, et singulis, ad quos presens privilegium advenerit salutem, et omne bonum: Harum serie

1420. 5. Junij
privilegium concessum a ser.mo Principe Venet. Nob. DD. Consortibus Maniaci.

declaramus, quod cum egregius Bartholomeus filius q. [quondam] Nibili de Maniaco habens ad infrascripta plenariam libertatem per publicum procuratorij, et sindicatus instrumentum per nos visum ad nostram presentiam comparuit suo proprio nomine et nomine egregiorum virorum Galuani, et Odorici fratrum filiorum q. Baldasij de Maniaco eius consortum in eodem instrumento procurationis expressatorum humiliter, et devote nostri Dominij gratiam implorasse, atque veniam; Nos volentes verum eosdem Bartholomeum, Galuanum, et Odoricum consortes de Maniaco uti benignitate nostra, ipsos ad nostram gratiam acceptavimus, et in numero nostrorum fidelium aggregavimus, volentes, et intendentes ipsos prosequi nostris favoribus, ac patrocinijs gratiosis, et conditionibus, atque modis, quod sicut M.cus Gubernator exercitus nostri eosdem ad nostram gratiam acceptaverat, sint sub obedientia, et fidelitate nostri Dominij: Remanentibus ipsis in possessione dominio Maniaci feliciter sicut fuerunt temporibus retroactis, et habeant omnes suos solitos fructus, redditus, et proventus. et dis gaudeant, et utantur pro suis libito voluntatis, facientibus eis erga nostrum dominium recognitiones eiusdem loci, et alijs, sicut facere tenebantur, et observare Patriarchae, sive Patriarchatui Ecclesiae Aquileiensis in omnibus, et per omnia; et sic prelibatus Barth. nomine suo, et dictorum Galuani, et Odorici eius consortum promisit se facere, et inviolabiliter observare, prestans in nostris manibus nomine suo, et dictorum Galuani et Odorici observandae fidelitatis et obedientiae debitum iuramentum; in quorum fidem, et evidentiam presens privilegium fieri fecimus, et pendentis nostrae bullae plumbeae roboratione muniri.

Dat. in nostro Ducali palatio die quinto mensis Junij, Ind. xiij. 1420.

Privilegium sup.m et omnia in eo contenta aliena sibi fida ac pub.ca manu ex alio consimili in membranis existente penes Per. Ill.s DD. Heredes q. ad.m Ill. D. Pauli ex DD. Consortibus Maniaci fideliter extrahere fecit et ideo se sub.ᵗᵉ in fidem, Vincentius Florij q. D. Jacobi Filius Publicus Veneta Auct.te Not.s et Maniaci Canc.s, apposuitque

V ✠ F

18.

Exem

Privilegium

1457, 4 genn.

Privilegium concessum al. Mag. Locumtenens Patriae Fori Julij Nobb. DD. consortibus Maniaci.

In Nomine Dni Nri Jesu Xpi. Anno ab ipsius Nativitate Millmo quadragmo quinquagmo septimo: Inditione quinta die quarta mensis Novemb., In salla Audientie Castelli Utini, et presentibus spectatissimis Viro D. Alogisio Zenno Patritio Veneto, Nob. Viris ser Lello q. ser Nicolai de Bombonis ser Christoforo de cignottis et ser Jacobo Bertrando Causidico et Civibus Utini ac ser Joanne Meliorancia Vicentino Cancellario infrascr. D. Locumtenentis, testibus ad haec omnibus specialiter convocatis: coram Mco, ac sapientissimo Viro Dno Paulo Bernardo Bonomenti Provinciae Foriiulienssi Locumtenente Generali pro Illmo, et Florentissimo Venetorum Dominio comparuerunt Nob. et Prudentes Viri ser Nicolaus q. D. Galuani de Maniacco et ser Simon q. ser Bartholomei de dicto loco Consortes, et exposuerunt, quod cum sui Genitores, et antecessores fuerunt Investiti a Rmis D. Patriarchis et successive a Mag.co q. D. Roberto Mauroceno Primo in Patria Nra pro Nro Illmo Duc. Do. Locumtenente Generali de omnibus suis feudis Antiquis Juris recti et legalis feudi, pro ut Ipsi coram ostenderunt per diversa Privilegia primo concessa Nob. Viro ser Baldassario de Maniaco per Rmum D. Joannem Dei Gratia Patriarcham Aquilegien. sub millo, Ducmo quadragmo tertio: Inditione prima: die 18 mensis Septemb. scripto dicto Privilegio per Joannem q. Odorici Not., et Ipsius D. Patriarche Cancellarium, et deinde uno alio concesso

Nob.

Nob. Viro q. Galuano q. fači q. Sebastij filio per R.mum D.
Gregorium Patriarchã Aquileĩ scriptaũ per Aldobrandũ
de Gasanis de Veino, ex comissione sibi facta per
Mag.cum D. Lucãm Zenno, tunc in Patria Fori Iulij
Locumtenentem de notis Inuestitura q. Ioannes eius
Patris ad me Nob.s Viris et liberis q. clariore o[illegible] Ira
dicenz Informatione cum multis alijs Priuilegijs ante
ad suis Progenitoribus concessis Mag.cia sua nunc
dignaret.r Ipsos Inuestire, V.z ipsum q. Nicolaũ, pro se
filijs, ac heredibus suis q. ac eius q. Simonem pro se
Iac.o, Christophoro, et Federico eius fratribus, filijs q.
suis et heredibus, ac successoribus. Et primo de Castro
Maniau cum Iuribus et Palatijs Veteribus, et nouis
et omnibus Castibus dicti Castri, et cum Villa Domea-
tibus .., et Gastio dicti eiusd.m Castri, et omnium
pertinentiarum Vbi iacentiũ, et pertinentiũ Castro Pred.o
et Villis Ipsius Castri. Ite de omnibus alijs et singulis
suis bonis feudalibus generis cuiuscunque situatis, et
positis in Patria Fori Iulij, necnõ pertinente Inuestituri
de Vno Manso et uno Molendino, et Vna Braida
positos in Villa, et pertinentijs Arzinuti prope
Val.m que bona olim D. Bonadus, ac q. Venusius, et
Delanus habuerunt in feudũ ab Ecc.a Aquileĩ, et
generat. de quibuscumq. alijs bonis, que in fuo
aliquo modo appareret esse feudalia vere Inc-
lite dominationis: Qua prefecto Petitione audita
Prefatus Mag. D. Locumt. attenta laudabili promi-

ptitudine

peritudine dictor. Nob. de Maniaco in recognoscendis eor. feudis habita sup. inde matura informatione et deliberatione, nec non inclitecis supradictis in presentia sua, et visis literis ad pleniorem Earum rei gerende certitudinem auctor. prenitus, et ante omnia dictis q. Nicolao et q. Simoni de Maniaco Consortib. etc., et eor. Heredibus q. habito Iuramento fidelitatis, et obedientie, Vassalagij in similibus prestari consueto eosdm. q. Nicolaum, et q. Simonem consortes de Maniaco ibi presenti et flexis genib. humilit. petentes, et devote suscipientes, pro se Heredibus suisq. antedictis filijs et Heredib. cum annulo Aureo, quem in sua tenebat manu solemniter, legitimeq. Investivit de omnib. et singulis bonis antedtis. feudalibus antedictor. ut supra ordinate descriptis Iure recti, antiqui et legales feudi cum illis solitis, debitisq. oneribus eo quibus sui progenitores ipsa bona superiora tempora tenuerunt, possiderunt et recognoverunt, saluo semp. Iure, Illme. Dominationi ntre pro eius Antiq. et omnium personar. mandans de premissis omnib. et singulis publicum hoc conficiendum esse Instrumentum Privilegium ad futuror. memoriam corroborandum sigillo solito I. Mti. maioris sui Regiminis etc.

(signum) Ego Ioannes Paganinus filius q. Baptae da Paganinis Civis Viennensis pub. Imperiali aucte

Nob. et Coadiutor. ego Joannes Meliorantia Cancell.
Offoci ill.mi D. Locuob. omnibus et singulis suffra
gens fui et rog. pub.ce scripsi.

Joannes Meliorancius Canc. mand.
subscripsi

Sup.m Privilegium ex alio consimili. existente penes
Ill. DD. Hendrio q. Ill. D. Pauli, ex DD. Consortibus
Maniaci fidelit. pro ut invenio, ex.it. Simo.

V ✝ F
N.

Floris q. D. Jacobi filius Pustillias Veneta Ann
Nob. et Maniaci Canc. reg. in fidem sub. appos.

B

Sentenze condennatorie criminali
fatte per li Nobb. sig.ri consorti di
Maniago

Cx m

1209.

1500 · 18 Novemb.

Sententia condemnatoria corporalis.

In christi noie amen. Hec est quedam sententia condemnatoria corporalis lata et data per sples D.D. vespesia no. L. in splis. Galuani agentem noie dicti D. sui patris pro medietate iurisdictionis, Danielem, Franc.o q. Ant.m et Marcu Ant.m de Maniaco consortes pro altera dimidia sedentes pro tribunali in eorum castello in girono interiori loco habili, et conuenienti electo per ipsos Dominos ad hanc presentem sententiam promulgandam, in arengo campana sonitu habentes omnimodam iurisdictionem cum mero, et mixto imperio in Maniaco, et eius districtu tam in monte, quam in plano ab excelso Ducali Dominio Veneto, et de dictorum Dominorum mandato, et comissione lecta vulgarizata, et publicata per me Christoforum [illegible] dictos Dominos cane.m contra Baptam q. Danielis Secani de Maniaco detentum, et carceratum in fortijs prefatorum Dominorum ut supra in processu, et modo hic presens contra quem processum fuit, et est tum ex denuncijs officio datis, tum per viam inquisitionis in eos, de eo, et super eo, quod dictus Baptista comisit furta suprascripta, ut apparent tum per depositionem, et dictum eiusdem Baptae super tortura aliquam, aliqua extra torturam, et post per eius ratificationem perseueratam, et confirmatam, iterum comprobata et per uerificationes ac iustificationes forte examinata [illegible] in officio omni cura, et diligentia examinatorum, tum eorum a quibus [illegible] Baptista subtraxisse, et tum eorum, quibus res subtractas dedisse dixit quae dicta cum eiusdem Baptista depositionibus concordantia, et correspondentia reperta fuere, et primo, [illegible] cadunt furta superius [illegible] eo [illegible] sine recolecta [illegible] omnibus, et diligenter visis et examinatis, consideratis ac omnibus alijs uidendis, et termino dato eidem Baptae ad faciendum et producendum suas defensiones, in quo nil produxit, in causa matura et longa deliberatione, ac solemni consilio super toto processu viso a [illegible] legum

Doctore.

Doctore D. Franc.° de Strasoldo etc.

Nos Jo: Antonius, et Marcus Ant.s antelati volentes servare formam iuris, et quemque puniri, et parem pœnam delictis con-gerere; et pertinente modo in casu suprascripto Baptistæ cum aliquo tamen temperamento benignitatis, et misericordiæ, ac pietatis ac proclivioris de nostra natura ad misericordiam, et pieta-tem, quam ad crudelitatem, et ut delicta non remaneant im-punita, et ipsi malefactores, et delinquentes non habeant causam gloriandi de suis maleficijs, et delictis in nomine Christi nomine, cuiusque gloriosæ matris virginis Mariæ, ac victoriosi Sti. Marci Evangelistæ revocatis a quibus cuncta recta iudicia procedunt, sedentes loco superius annotato omni meliori modo dicimus, declaramus, promulgamus sen-tentiamus, et per hanc nostram his scriptis diffinitivam sententiam condemnatoriam, eundem Baptistam morti condemnamus pro supradictis furtis commissis ita quod ducatur ad locum iustitiæ bona custodia, et furcis colla suspendatur ita quod moriatur, et anima ab ipso corpore separetur, et ibi rema-neat pœnis legis appositis, Laus Deo, et glorioso Sancto Marco Evangelista Domino nostro.

Lata, data, promulgata, lecta, et publicata fuit suprascripta sententia per me Canc.m ut s.a de mandato antelatorum Dominorum sedentium pro tribunali loco superius scripto; die Mercurij decimo octavo mensis Novembris mill.mo quing.mo Ind.e tertia; Præsentibus nob. viris D. Corado de Spilimbergo, D. Bertrando de Tollo, D. Franc.o de Fanna, ac strenuis viris D. Barth.o Stoppazola Veronense, D. Franc.o Brixiense comitibus M.ci D. Philippi Albanensis, et Andrea Nigro, atque Mathia Cargnello Caballarijs M.ci D. Loc.tis, D. Dni Antonij Lauredano equitis testibus vocatis et specialiter rogatis, et alijs in maxima multitudine, atque in primis eodem Bapta, contra quem.

Qua sententia lecta, et intellecta clare ab omnibus audientibus coram Statis D. assistentes nobiles, et strenui Dni. D. Bertrandus de

Tollo

Toppus dictus, et Ventura Squarzeriat nobilis d. Antonij pij
Potavij cum pluribus alijs nobilibus adherentibus, quos longum
scribere esset, et quidem pietate moti, ac misericordia
in ipsum pauperem sententiatum, ab eoque humiliter deprecati
tione, considerata etiam qualitate, et quantitate furtorum,
propter quem ut supra fuerat sententiatus eos humiliter, et pietate
quadam ad eosdem Dominos supplicaverunt gratiam petentes,
videlicet quod forma moriendi ei vellent de speciali, et digna-
rentur gratia permutare, videlicet quod decollaretur, sive caput
amputaretur ita tamen bene, ut moriatur, et hoc de gratia
amore Dei, et sui, ac parentum sententiati

Qui Domini auditis prefatis nobilibus, et alijs sic clamantibus, et pie suppli-
cantibus eorum supplicationi annuentes gratiam petitam pio affectu
concessere, et eos voti compotes fecerunt, quibus et gratias
egerunt cum eodem Baptista sententiato ad suspendendum collo.

Quare illo tunc prefati Domini Laurentio Borsio eorum Gastaldioni com-
miserant, ut idem sententiatus cum magistro iustitie bona
custodia duceretur ad locum iustitie, videlicet ad plateam Maniaci,
et caput ei amputaretur adeo ut separetur a busto, et anima
a corpore, et ex consequenti moreretur secundum formam gratie
ut supra facte (in forma)

In Christi nomine amen, anno Domini 1500 indictione 3a die ut supra videlicet mercurij
ibidem Rovem(?) in officio antelatorum Dominorum, presentibus nobilibus presbitero Valentino
del Cor(?), presbitero Alessio quondam Zalibeti, presbitero Theophilo filio presbiteri Orphei, et
presbitero Nicolao Castellano omnibus de Spilimbergo testibus vocatis, et
Ibi Laurentius Borsius Gastaldio prescriptorum Dominorum ex sacramento
sui officij, et comissione sibi facta per prefatos Dominos Iudices
et ut supra retulit dictum Baptam sententiatum secundum formam
gratie ductum fuisse ad locum iustitie videlicet super platheam cum ipso
magistro iustitie, et ibi decollatum fuisse adeo, ut caput separatum
fuit a busto, et anima a corpore, et mortuum ex consequenti fuisse
maxima multitudine entes(?)

Premissam sententiam Criminalem Condemnationis Corporalis ex alia
consimili excerpsi(?) ... [illegible]

Pauli ex DD. Conjugibus Maniaci, et ex ~~quodam~~ pro-
cessu Cur: formaq. contra sumptis: aliena sibi fida
manu ac pub.ca extrahere fecit, Vincentius Floris
q. D. Jacobi filius Publicus Veneta Auct.te Not.s
et Maniaci Canc.s seqz in fidem sub.it opposuit

condem-
yey
is
ea
nata
ie

Codm 1 xiii

1528, 14 Aplis
sententia Corporale

IN Xpi nomine Amen. Hec est quedam sententia condemnatoria Corporis, que fit et fieri intenditur per sp: et generosos DD Consortes Maniaci, contra, et adversus Ioannem q. Leonardi Codussij de Fanna infrascriptum pro infrascriptis furtis per eum comissis, et perpetratis ut infra dicendo.

Nos Ioannes Antonius q. D. Federici, et Vespasianus q. D. Galvani ex Consortibus Maniaci, intervenientes nomine nro et aliorum nostrorum Consortum habentes omnimodam Iurisdictionem et merum, et mixtum Imperium in Castro Maniaci, eiusque districtu et pertinentijs, tam in monte, quam in plano sedentes sub Plocta Maniaci intra muros logie, quem locum pro idoneo ad hanc nostram sententiam Corporalem proferendam, et promulgandam ellegimus contra et adversus Ioannem q. Leonardi Candussij de Fanna furem per Nos superioribus diebus retentum. Contra quem per nos et offm nostrum processum fuit, et est tam ex denuncia contra ipsum instituta die 6 mensis Martij proxime preteriti, per Catherinam q. Petri della Miol de Fiacca de Maniaco, quam ex inquisitione per Nos contra ipsum legitime formata et facta sub die 27 predi mensis Martij in eo, de eo, et super eo quod dictus Ioannes nõ habens Deum pre oculis, sed potius humani generis inimicum infrascripta furta, et latrocinia comisit, et perpetravit tam per Confessionem ipsius Ioannis ad torturam

, et ratificatione eiusdem, ac etiam pro Iustificatione plurium personarum ex off.o examinatarum, quarum dicta cum constitutis ipsius Ioannis Concordantia reperta fuerunt, Et primo quod d.s Ioannes die 5 mensis Martij proxime praeteriti ct.a horas quatuor noctis associatus quodam eius socio, qui pro meliori tacendum data opera discessit a Villa Fannae et ivit in Curtim d. Antonij della Misl de Fratta de Maniaco pro accipiendo unum bovem opus, et elevavit tabulas carceris eum supra dicta bovina pro uno ex eis accipiendo, sed repertus a Cedrino Nepote dicti Antonij, et ab eo detentus non potuit accipere

(Omissis alijs Capitibus furtorum ad numerum 17)

Quibus omnibus visis et diligenter consideratis, nec non visis, et consideratis furtis per eum, ut ante commissis, et perpetratis plopterque per sententiam suprascriptorum Dominorum de Fanna fustigatus fuit, et deinde bannitus a Iurisdictione Fannae, et si perveneris in eorum fortiis, quod incideretur manus pro ut in d.a sententia latius continetur. Consideratoque quod dictus Ioannes ex dicta pena et banno non se penituit commisisse dicta furta, sed in eis semper perseveravit, Visto termino eidem Ioanni assignato ad faciendum suas defensiones in quo nullas fecit defensiones, Viso, et diligenter consid.

et considerato toto processu per Nos contra
ipsum formato, et visis omnibus videndis, et con-
sideratis considerandis, habito superinde Consilio spectab.
et Cl.mi legum Doctoris D. Iacobi Floris. Nos
igitur Ioannes Ant. et Vespasianus suprascripti
intervenientes nomine nro ac aliorum nostrorum
Consortium sedentes super Platea Maniaci, quem
